

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De institutis coenobiorum**

**Cassianus, Johannes**

**[Basel], nach Sept. 1485**

Liber duodecimus de spiritu superbię

[urn:nbn:de:bsz:31-306702](#)

## Liber.XI.

studines cordium spirituali collatione velut  
quidam celesti antidoto prenecates in in-  
niorum mentibus non patiunt adolescentes  
sapientes et causas imminetum passionis  
num et remedia sanitatis.

**Q**uoniam monachus debet vitare mulieres et episcopos. *La. xvij.*

*Capitulo* **q** uoniam nunc usque finia quae  
preferre sine mea confusione non  
potero. quod nec germana vitare potui nec  
epi euadere manus omnimodo mona-  
chum fugere debere mulieres et episcopos. Ne-  
ter enim sinit eum quem semel sue familia-  
ritati deuinxerit vel quieti cellulæ vltori  
operam dare vel diuinæ theorie per scientiam  
rept intuitum purissimis oculis inberere.

**R**emedia quibus cenodoxia  
vitare possumus. *La. xvij.*

**T**heoque athleta christi quod verum  
ac spiritalem agonem legitime cer-  
tare desiderat hanc multiforme  
variacione bestiam omnimodo superare se-  
stinet. Quia nobis ex omni parte velut mul-  
tiplicem nequitiam occurrentem tali reme-  
dio poterimus evadere. ut cogitationes illud  
danicum eloquum dominus dissipauit ossa eorum  
quod hominibus placent. primitus nihil proposito  
vanitas et inanis gloria capessende gratia nos  
metipos facere promittamus. Deinde ea quod  
bono initio fecerimus obsequiatio silicest  
dire nitam. ne oes laborum nostrorum fructus  
post irrepons cenodoxie morbo evacuet.  
Quicquid etiam in conuersatione fratrum  
mimic communis usus recipit vel exercet.  
omni studio utiactatice deditum declinemus.  
et ea quod nos prius iter ceteros notables redi-  
tere ac veluti sol facientibus laus apud ho-  
mines sit praerenda vitem. His enim vel  
maxime indicis cenodoxie letale pragmaz  
nobis inberere monstrabitur. Quod facilime  
poterimus effugere si consideremus non solus  
fructus laborum nostrorum nos penitus amissuros  
quicunque cenodoxie proposito fecerimus. sed  
etiam reos magni criminis factos etiam super-  
plicia velut sacrilegos soluturos. ut poterimus  
quod ad iniuriam dei opus quod auctoritate obtetu nos

## Capitula

poterimus agere boim gratia malum exerce-  
re. ab eo quod occultorum est priscorum boies deo et  
glam mundi glorie domini pretulisse connecti  
**E**xPLICIT de spiritu cenodoxie li-  
ber undecimus. Incipit capi-  
tula libri duodecimi de spiritu  
superbie. **L**ap. primum.

**D**uo superbie genera  
iij. Superbia omnes pariter  
virtutes auferat.  
iiij. Ob superbiā Lucifer ille de arch.  
angelo factus est diabolus  
v. Comites virtutum omnium de sa-  
perbia pullulent.  
vi. Superbie virtutum sit in ordine col-  
luctationis extremus. tamen  
et origine primum sit.  
vii. Tum sit malus superbie utrum  
deinde aduersariū habere mereatur  
viii. Quemadmodum deus superbia  
diaboli potestate humilitatem extre-  
nit. et diuisa super hoc testimonia.  
ix. Quemadmodum nos quod superbia  
superare possumus.  
x. Nemo possit perfectionem poten-  
tiam vel promissam beatitudinem  
suis tum viribus obtainere  
xi. Exemplum latronis sine danis ul-  
vocationis nostræ ad dei gloriam  
demonstrandum  
xii. Nullus sit labor quod possit repro-  
missa beatitudini compari.  
xiii. Traditionis seniorum de consequen-  
tia puritate  
xiv. Aduitorum dei laborantibus tri-  
buatur  
xv. A quibus perfectionis viam disce-  
re teleamus  
xvi. Non possemus sine misericordia  
et inspiratione dei ad ipsum labo-  
rem obtainendis perfectionis acce-  
dere.  
xvii. Testimonia diversa quibus eni-  
tenter ostendit nihil posse nos  
quod ad salutem nostram pertinet  
sine adiutorio dei perficere

# Liber XII. de spiritu superbie

- xvij **Q**uoniam non solum in naturali cōditiōe sed etiaž in quotidiana dispensatione dei gratia muniamur.
- xix **Q**uoniam fides ab antiquis patribus sit tradita de gratia dei
- xx **D**e eo q̄ ppter blasphemiam traditus est in mundissimo spiritui.
- xxi **E**xemplū ioab regis inde q̄ ostēditur qd. ppter supbia mernerit.
- xxii **O**mne aiam supbam subdi spiritualibus nequitijs illudēdam.
- xxiii **Q**uoniam pfectio attingi nisi humilitatis virtute non possit.
- xxiv **Q**uoniam spiritualis supbia pulsat q̄s carnalis.
- xxv **D**escriptio carnalis supbia vel q̄ mala in monachi mente parturiant.
- xxvi **Q**uoniam male fundatus q̄s ad deteriorē rem statū quotidie plabatur.
- xxvii **E**xpositio vitorū que p morbiꝝ supbia generantur.
- xxviii **D**efratri cuiusdam supbia.
- xxix **I**ndicia quibus supbia carnal aimēinelle cognoscatur.
- xxx **T**epfactus quis p supbia alijs quoq̄ preele desideret.
- xxxi **Q**uoniam supbam vincere vñ ad pfectionē puenire possimus.
- xxxii **Q**uoniam depopulatrix omnīz virtutū supbia p veram bū militatem possit extingui.
- xxxiii **R**emedia aduersus morbum superbie.

**E**xpliciunt capitula. **I**nspicit liber duodecimus de spiritu superbie.

**L**ap. primum.

**C**lauſum  
quod et extremum aduersus spūm superbie nobis certamen est. Qui morbus licet ultim⁹ sic in conflictu vitiorum atq̄ in ordine ponatur extremus origine tamē et tempore primus est. Seuissima et superiorib⁹ cum

cōtis immanior bestia · perfectos maxime temptans. et propemodum iam positos in consummatione virtutum morbi di. riorē depascens.

**Q**uoniam duo sint genera

**L**ap. ii.

**C**uius duo sunt genera. Unūz hoc quo diximus spiritales viros summosq̄ pulsari. alid qđ etiam incipientes carnalesq̄ complectitur. Et licet vtrūq̄ superbie genus tam in deum q̄ in boies noxia inflat elatio. tamen illud primum specialiter refertur ad deum. scđm ad homines prie pertinet. Cuius originem ac remedia in posterioribus libelli hui⁹ donāte deo i q̄stum possimus exequemur. Nunc de illo po. re quo prefati sum⁹ pfectos p̄cipue tem. ptari. ppositum nobis est pauca dissere re.

**Q**uoniam omnes pariter vir. tutes auferat

**L**a. iii.

**N**ullum est igitur vnum aliud nat. cuncta q̄s iustitia et sanctitate hominem expoliat ac denudet ut supbia malum. tanq̄ generalis quidā ac p̄fiser morbis non vnum membroꝝ par tem ve eius debilitare contentus. sed solidum corpus letali corrūpit exitio. et in virtutum iam fastigio collocatos ḡuissima ruina dējucere ac trucidare conatur. Omne nanc̄ vitium suis est termis et fine contentum. et licet contristet alias q̄s virtutes. contra vnam tamen p̄ncipaliter tendit. eamq̄ specialiter opprimit et impugnat. Et vt hoc ipsum quod dicim⁹ clariss. possit intelligi. castrimargia. i. ap. petitus ventris seu concupiscentia gule temperantie rigorem corruptit. castitatem libido contaminat. ira patientiam va. stat. vt nonnunq̄ vni quis teditus vi. tio alijs virtutibus nō penitus defitua tur. sed illa tantum virtute trūcata que ediuerso emulo sibi vitio repugnante sicut cumbit. reliquas possit vel ex parte reti. nere. hec vero cum infelicem possede.

**L** 3

## Liber. XII.

rit mentem. ut quidam sevissimus ty-  
rannus sublimissima capta arce virtu-  
tum vniuersam funditus cinitatem di-  
ruitatq; subuertit. Excessa quondam san-  
ctitatis menia vitio p; solo coequas atq;  
permiscens nullam deinceps imaginem  
libertatis aimq; sibi subditu superesse co-  
cedit. Quantoq; ceperit ditionem tanto  
gramiori servitutis in go subditu vniuer-  
sis virtutum facultatibus crudelissima  
depredatione uadabat.

**Q**lob superbiam lucifer ille de  
archangelo factus est diabolus

*Lap. iiiij.*

**E**st grauissime tyrannidis ei  
potentiam agnoscamus. ange-  
lum illum q; pre nimietate splé-  
ndoris ac decoris sui lucifer nuncupatus  
est. nullo alio q; hoc vitio deiectum celi-  
tus inuenimus. et ex illa beata sublimita-  
te angelorum telo superbie vulneratus ad  
inferna fuisse collapsum. Si igit; tanta v-  
tute tantę potentię prerogativa decora-  
tum vna elatio cordis potuit de celesti  
bus ad terrena denoluere. qua nos obf-  
uantia carnis fragilitate circumdatos ca-  
uere oporteat. ipi ruinem magnitudo de-  
monstrat. Quemadmodū hō bū mor-  
bi virus pricisissimum denitemus in-  
strui poterimus. si ruine ipi causas atq;  
originē persequam̄. Quinq; enim curari  
languor. nec remedia poterunt mal' vali-  
tudinibus exhiberi. nisi prius inquisitio  
ne sagaci origines earum innestigent et  
cause. Hic namq; induitus divina clari-  
tate. et inter ceteras supnas v̄tutes cōdi-  
toris largitate p̄fulgens. splendorē sa-  
plientię et v̄tutum pulchritudinem qua  
ornabatur gratia creatoris. nature sue  
potentia non munificentę illius benefi-  
cio se credidit obtinere. Et ob hoc elatus  
tanq; qui ad perseverantia puritas hu-  
iūs diuino nō egeret auxilio teo se simi-  
lem iudicauit. vt pote qui nullius indige-  
ret quemadmodum deus. liberi sc̄z arbitrii  
facultate confisus. p̄ illam credes af-  
fluenter omnia sibi metu suppeditari. que

ad consummationē v̄tutum vel perlen-  
nitatem summe beatitudinis pertinerent  
**H**ecce sola cogitatio facta p̄ma ruina ē  
Ob quā desertā teo q; se credidit n̄ eges  
re instabilis repente. et n̄tabundus esse  
et infirmitatē p̄prietate p̄sensit. et bea-  
titudinem qua dei munere fruebat ami-  
fit. Et q; dilexit verba precipitatiōis q;  
bus dixerat. in celum condescendam. et lin-  
guam dolosaz qua vel te se dixerat ero  
similis altissimo. vel te adam et eua. erit  
sicut dij. ppter ea dē destruet illū i finē.  
enellet enī et emigbit te tabernaclo suo. et  
radicem eius de terra vinentiū. Tūc rui-  
nam eius vidētes iusti timebūt. et super  
cum ridebunt dicentes qd etiā sine fine  
ad hos q; se sine p̄tectione auxilio q; dei  
summū bonum p̄ficere posse cōfidunt. iu-  
stissime dirigetur. Ecce hō qui nō posuit  
deū adiutorē suū. sed sperauit i multitu-  
dine diuitiarū suarū. et p̄ualuit in vanita-  
te sua. **Q**uā somites vitorū oim  
de superbia pullulent. *Lap. v.*

**H**ec est prime minē canla zon-  
go p̄ncipalis morbi. Qui mū-  
sum q; illū qui fuerat a se deiect  
in protoplasmum serpens. infirmitates  
oim vitorū et materias germinauit. Dū  
enim gloriam deitatis arbitrij libertate et  
industria sua credidit se posse p̄quirere.  
etiam illā p̄didit quā adeptus fuerat ḡ-  
tia conditoris. **Q**uā superbie virtutē  
sit in ordine colluctationis ex-  
tremum. tempore en et origine  
primum sit. *Lap. vi.*

**E**t aq; exemplis ac testimonijs  
scripturarū manifestissime cō-  
probatur. superbiam cum  
posterior sit in ordine conflictum. origi-  
netamen anteriores esse. omnīq; pec-  
atorum et criminū esse principium. nec  
sicut cetera virtutē solūmodo contrariam  
sibi virtutem. id est humilitatem tā tum  
extinguere verumetiam cunctarū si mul-  
interemptricem esse virtutuz. nec in odio  
crescat tum paruosq; temptare s̄z maxi-  
me in fortitudinis culmine consistentes.

## Despiritu superbie

Ita enim de hoc spiritu propleta come morat. Et ecce eius electe. Ideoq; beat<sup>r</sup> danid licet tanta circumspicione cordis sui custodiret archana. ut ad eum quem secreta conscientie sue non latebant au tentere proclamaret. domine non est exaltatum cor meu<sup>r</sup>. neq; elati sunt ocli mei. neq; ambulani in magnis neq; in mirabilibus super me nisi humiliiter setieba. et iterum. non habitabit in medio domus mea faciens superbiam. sciens tamq; difficilis sit etiam perfectis ista custodia. non de sua tantum presumit indu stra. sed orans domini implorat auxiliū ut huius inimici teluz possit insauciat euadere dicens. non veniat mibi pessima superbie pauens ac metuens ne in illud incidat quod dicitur de superbis. De superbis aduersatur. Et iterum. Immunius est apud deum omis qui exaltat cor suum.

**C**vantum sit malum superbie ut ipsum deum aduersariuz habere mereatur.

**Lap. viij.**

**Q**uantum est malum superbie. q; vt non angelum non alias virtutes sibi contrarias. sed ipsuz deum aduersarium habere mereat. No tandem siquidem est. q; nequaq; direxit super his qui ceteris sunt virtus inuoluti quod habeant sibi deum resistente. id est castrimargis. fornicarijs. iracundis seu philargyris aduersatur. sed solis superbis. Illa namq; via vel in vnuque. q; delinquentiuz tantummodo retorquet. vel in suos partipes. id est in alios homines videntur admitti. hec vero proprie pertingit ad deum. et idcirco euz specialiter digna est habere contraria.

**Quemadmodum deus superbiam diaboli virtute humiliat extinxerit. et diversa super hoc testimonia.**

**La. viij.**

**T**eoq; vniuersitatis creator et medicus deus. causam principiumq; morborum superbiaz esse

cognoscens. contrarijs sanare contraria procurauit. vt ea scz queq; superbiam convererant. q; humilitatem resurgeret. Ille namq; dicit In celum descendā. **Hic** dicit. Humiliata es in terra aia mea. Ille dicit. Ero similis altissimo. **Hic** cu es set in forma dei exinanivit semeti pī formam servi accipiens. humiliavitq; se factus obediens usq; ad mortem. Ille dicit. **S**up astra dei exaltabo solium meum. Iste dicit. Discite a me q; mitis sum et humilis corde. Ille dicit. Nescio dñm. zisrael non dimittam. Iste dicit. Si dix ero quia non non ienim. ero similis vob mendax. sed noui eum. et in andata eius seruo. Ille dicit. Mea sunt flumina. et ego feci ea. Iste dicit. **N**ō possu<sup>r</sup> ego a me ipso facere quicq;. sed pater me<sup>r</sup> in me manens ipse facit opera. Ille dicit. Mea sunt omnia regna mundi et gloria eoru. et cui voluerò do ea. Iste cum dines esset pauper effectus est. vt ei<sup>r</sup> inopia nos duites redderemur. Ille dicit. Hic ut colliguntur oua que derelicta sunt. sic vniuersam terraz ego congregavi. et nō fuit qui moueret pennam rapire os et ganiret. Iste dicit. Similis factus sum pellicano solitario. vigilaui et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit. Exiccaui vestigio pedum meorū omes rinos aggerum. **H**ic dicit. Qunquid nō possum rogare patrem meum. et exhibebit mi mō plusq; duodeci milia legiōes angeloz. Si pīncipalis ruine causam et salutis nrē fundamēta pīspectimus a quo et q̄liter vel ista iacta sint. vel illa emerse rit. quēadmodū tenitare tā atrocē mortem superbie tebeamus. vel illi<sup>r</sup> ruina vel huins coceamus exemplo.

**Quemadmodum nos quoq; superbiā lūpare possumus L. ix.**

**T**ac hūc nequissimi spiritus laqueum taliter poterimus evadere. si in singulis quibus senserimus nos fortibus pīsecisse. illud apostolicum dixerimus. nō ego sed ḡtia dei mecum. et gratia dei sum id quod sum.

**B 4**

## Liber XII.

et deus qui operatur in nobis et velle et perficere per bona voluntate dicente etiam ipsi auctore salutis nostre. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Et nisi dominus edificaverit domum in vanum labores erunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem. frustra vigilat qui custodiunt eam. Et vanum est vobis ante lucem surgere. Quia non est volens neque currit. sed miserentis dei.

**Q**uoniam nemo possit perfectionem virtutum vel promissam beatitudinem suis tantum viribus obtinere. Cap. x.

**D**uilius namque quis volens et currentis tam idonea potest voluntas esse vel cursus. ut carne spiritui repugnante circundatus valeat tantum perfectionis premium et palmam in integritatis ac puritatis attingere. nisi fuerit divina miseratione protectus. ut ad illum quod magnopere vult et quo currit puenire mereatur. Omne enim datum bonum et omne donum perfectum de cursu est. descendens a patre luminum. Quid enim habes quod non acceperisti? Quod si acceperisti. quid gloriaris quasi non acceperis?

**E**xemplum latronis sine dauid vel vocatiois nostre ad dei gratiam demonstranda. Cap. xi.

**S**ed enim vel illum latronem observam confessionem introductam in paradisum recordem, intelligimus eum non cursus sui merito tantam beatitudinem consecutum, sed dono dei miserentis indeptum. Vel si reminiscamur dauid regis duo tam gravia tamque immensa crimina uno penitentis bonorum deleta. nec hic videmus ad indulgentiam tanti criminis obtinebam laboris equiparasse merita. sed dei gratiam superabundasse. quia vere penitentis occasione accepta tantum peccatorum materiam sub unius operi plena confessione consumpsit. Principium quod discutientes vocationis ac salutis bu-

mane. qua non ex nobis nec ex opib[us] nostris sum aplim. sed dei sumus dono gratiae salutis liquido poterimus adiutare quemadmodum perfectionis summa non volentis neque currentis. sed miserentis est dei. qui nequaquam laborum vel cursus nostri merito compensante vitionum nos facit esse victores. nec equiparantem nostrae voluntati in dulcissima. tam arduum integritatem culmen subiungata qua utimur carne conscende re. Nulla siquidem corporis huius afflictio nullaque cordis contritio ad capessendam veram illam interioris hominis castitatem potest esse cōdigna. ut tantam puritatem virtutem angelis solis ingenitam. celique ratione euangeliam. nudo humano labore. id est sine adiutorio dei valeat obtinere. quia totius bonitatis effectus ab illius profuit gratia. quia tantam pennitatem beatitudinis et immensitatem glorie exigue voluntati breuis ac paruo cursu nostro multiplicata largitate donavit.

**Q**uoniam nullus sit labor qui possit repromissa beatitudini compari. Cap. xii.

**O**mnis enim longeuitas vite presentis. cum ad illas future glorie pennitatem respexerit. et nescit. et dolores cuncti contemplatione illius immense beatitudinis effugantur. atque etiam ad nihil extenuati liquecent. et nusquam ut familla comparent.

**T**raditio seniorum de consequenda puritate. Cap. xiii.

**C**apitulum tunc est. ut ipsis quibus traduntur operibus patrum suorum experamus. eorum scilicet quam perfectionis et qualitatibus eius non ratione iactantia depinxerunt. sed potius et rogo ac ratione possidentes. experimentis eorum propriis et exemplis certissimis tradiderunt. Aliunt itaque non posse ad purum quępiam caru alibi virtus emundari. nisi viuersus laboris suū atque conatu ad tatem perfectionis finē intellectu non posse sufficere. nec eas nisi miseratione dei et adiutorio. cōsiderando tā traditae institutione quod affectu atque

## Despū superbie

Xtute & experimentū p̄p̄is eruditus agnoscat. Ad capessenda nāq̄ tam magnifica famq̄ p̄celsa puritatē & integratē p̄mia. q̄tuslibet ieiuniorum vigiliarum electionis & solitudinis ac remotiōis labor fuerit impensus. cōdignus esse nō potit q̄ hec industrie suē merito vel labor obtineat. Nunq̄ enī dīnī mūnī munī labor p̄prīn humanae cōpensabit industriā. nī desiderantī dīnīa fūerit miseratiōe concessum. **Aduitorū dei labo  
rantibus inbuatur.** *La. xiiij.*

**D**icto dico. vt hūmanos conatus euacuās ab industria & laboris intentione quēq̄ renocere contendam. Sed plane p̄stantissime non mea s̄z senio & s̄nia definio. pfectiōis q̄deis sine his omnino capi nō posse. his aut̄ solis sine gratia dei posse ea a nemī cōsummari. Ut enim dicim⁹ cona⁹ hūmanos apprehēdere eā p̄ seip̄os sine adiutorio dei nō posse. ita p̄nunciam⁹ laborantib⁹ tñm ac desudantib⁹ misericordiā dei ḡtiamq̄ conferri. & vt ab his apli loquar volentibus & currentib⁹ impartiri. h̄m illud qđ etiam in psalmo octogesi mooctano ex p̄sona dei cantat: **P**osni adiutorū in potente. & exaltaui electum de plebe mea. Dicim⁹ enī h̄m saluatoris s̄niā dari qđem p̄tentib⁹. & apri pulsanib⁹. & a querentib⁹ inueniri. sed p̄titionē & inquisitionē & pulsationē n̄ram nō esse condignā. nisi misericordia dei id qđ petimus dederit. vel aperuerit qđ pulsamus. vel illud qđ querim⁹ fecerit inueniri. **P**resto est nāq̄ occasione sibi tātummo a nobis bone voluntatis oblatā. ad hec omia conferenda. Ampli⁹ enī ille q̄s nos p̄fectionē salutem q̄s nostram desiderat et expectat. Et in tñm beatūs dauid p̄uentib⁹ sui operis ac laboris p̄p̄ia tñm industria nō posse nouerat obtineri. vt a dño p̄mereti directionē suop̄ operū iterata p̄ce depositeret dicens. **E**t opera manū n̄tarum dirige sup̄ nos. & opus manuum nostrarum dirige. **E**t rursum Confirma hoc deus qđ operales in nob̄

**A** quibus perfectionis vias di  
cere debeamus. *Cap. xv.*

**D**eoc⁹ si ad veram consumma  
tionem virtutum volum⁹ esse  
ctu & opere peruenire. illis debe  
mus acquiescere magistris ac ducibus.  
qui hanc non vaniloqua disputatione  
sominantes sed re atq̄ experimentis ap  
prehendētes nos quoq̄ docere atq̄ ad  
eam dirigere similiter possunt. & viā quē  
admodum perueniamus ad ea⁹ certissi  
mo trāmite demonstrare. quiq̄ ad hanc  
fide se potius peruenisse q̄s laborum me  
rito telabantur. Quibus etiam hoc pre  
cipuum sui cordis acquisita puritas cō  
ferebat. vt magis magisq̄ se depmi pec  
catis agnoscerent. Tanta nāq̄ i eis de  
litorum compunctio per dies singulos  
angebatur. quanta puritas animi pro  
fecisset. Trabebantq̄ iugiter intimo cor  
de suspīria. eo q̄ semetip̄los sentirēt ne  
quaq̄ posse delictorum neuos ac macu  
las teuitare. que eis per multiplices co  
gitationum minutias ingerebantur. Et  
idcirco future vite stipendia nō operū  
sperare se merito. sed misericordia domi  
ni proclaimabat. nihil sibi de tanta circū  
spitione cordis aliorum compatiōe do  
nates. quippe qui hancipam non sūcīn  
dusie sed diuine gratiē ascribebāt. nec  
blandientes sibi de inferiorum ac tepi  
dorum negligentia. sed contemplatione  
potius illorū quos vere peccato carere  
atq̄ in regno celorum iam eterna beatit  
udine perfrui nouerant. humilitatē per  
petuā conquirebant. atq̄ ita considera  
tione hac & elationis ruinam pariter de  
clinabant. & quo tenderēt vel quod do  
lerent semper inneniebant. intelligentes  
semetip̄los ad illam puritatem cordis  
quam cupiunt. obſistēte carnis sarcina  
peruenire non posse.

**N**on posse nos sine misericor  
dia et inspiratione dei ad ipsū  
laborem obtinende perfectio  
nis accedere.

*Cap. xvi.*

## Liber XII.

**E**gitur scđm traditiones et insti-  
tutiones eorū sic ad ea⁹ festina-  
re debem⁹ ieunij⁹ vigilijs ora-  
tionibus, cōtritioi cordis et corpori ope-  
ram dantes, ne hec omnia morto hoc in-  
flante euacuemus. Non solū nāq; ipa⁹  
perfectione oportet credere nostra indu-  
stria nos vel labore nostro possidere non  
posse, sed ne h̄ ipa qđez que illius exerce-  
mus obtēti id est labores conatusq; no-  
stris ac studiis sine diuinę protectionis  
auxilio inspiratiōisq; ei⁹ et castigationis  
atq; exhortationis gratia posse perficere.  
quā sc̄ cordibus n̄ris vel p̄ alii solet v̄l  
p̄ semetipm nos visitas clemēt infundere  
**C**estimonia diuersa quibus  
evidenter ostenditur nihil pos-  
se nos quod ad salutem nostra  
pertinet sine adiutorio dei per-  
ficere. **Cap. xvii.**

**O**stremo instruat auctor salutis  
p̄ nostrę quid nos oporteat in sin-  
gulis quibusq; q̄ gerimus. nō  
modo sentire sed etiā confiteri. Nō pos-  
sum ego in q̄ta meip̄ facere quicq; pa-  
ter autem in me manens ipe facit opera.  
Ille ex persona hominis assumpti dic. ni-  
hila semetipm posse se facere. et nos cinis  
et terra in his que ad nostram salutē per-  
tinent arbitramur nos adiutorio domi-  
ni non egere. Dicamus itaq; nos per  
singula nostrā simul infirmitatē et illius  
adiutoria sentiētes quo otidie p̄clamare  
cum sanctis. Impulsus v̄status sum ut  
caderem. et dñs suscepit me. Fortitudo  
mea et laudatio mea dñs. et fact⁹ est in i  
salutem. Et nisi quia dominus adiunxit  
me paulominus habitauerat in iferno  
anima mea. Si dicebam motus est pes  
meus. misericordia tua dñe adiunxit  
me. Scđm multitudinem dolorū meoꝝ  
in corde meo. consolationes tue letifica-  
uerunt animam meā. Evidentes etiā cor no-  
strum in timore dñi et patientia roborari  
dicamus. Et factus est dñs firmamentū  
meū. et eduxit me in latitudine. Sc̄iētiaz  
quoq; p̄fectu operum intelligentes nob̄

augeri. dicamus. Qm̄ tu illuminias lucer-  
nam meam dñe. de⁹ mens illuminia tene-  
bras meas. Quoniā in te eripiā a tem-  
ptatione. et in teo meo trāsgrediar muꝝ.  
Dein sentientes etiā nos metiplos fortis-  
tudinem tolerantie conquisisse et in semi-  
ta virtutum facilius ac sine labore diri-  
gi. dicamus. Deus qui pre cingis me p̄  
tute et posuisti immaculatam viā meā.  
Qui perfidis pedes meos tanq; cerni. et  
sup excelsa statuens me. Qui voces ma-  
nus meas ad plūm. Consecuti etiā dis-  
cretionem p̄ quam roborari possim⁹ ad-  
uersarios nostros elidere. proclaimemus  
ad dñm. Disciplina tua correxit me i finē  
et disciplina tua ipa me docebit. Dilata-  
sti gressus meos subtus me. et nō sunt in-  
firmata vestigia mea. Et quia taliter su⁹  
roboratus scientia tua atq; virtute. infe-  
ram confidenter ea que sequuntur. et dicā  
Persequar inimicos meos. et compen-  
dam illos. et non conuertar donec defici-  
ant. Conteram illos nec poterunt stare.  
cadent subtus pedes meos. Rursum in-  
firmitatis nostrę memorē nec possenos-  
tam acerbos vitorū hostes fragili carne  
circūciatos sine illius adiutorio supare-  
dicamus. In te inimicos nostros venti-  
labimus cornu. et in nomine tuo sperne-  
mus insurgentes in nobis. Non enī in  
arcu meo sperabo. et gladius me⁹ nō sal-  
uabit me. Saluasti enī nos de affigen-  
tibus nos. et odientes nos confudisti.  
H̄z etiā precinxisti me p̄tute ad bellū. et  
supplastasti oēs iſurgētes in me subt⁹ me.  
Et inimicos meos dedisti mibi dorsum.  
et odientes me disperdidisti. Sed nec ar-  
mis n̄ris posse nos vincere cogitātes. di-  
cam⁹. Apprendearma et scutū. et exurge  
in adiutoriū m̄. Effunde frameā. et p̄clu-  
deadū eos q̄ p̄sequunt⁹ me. dic aīg mee  
sal⁹ tua ego sum. Et posuisti vt arcū creū  
brachia mea. et dedisti m̄. p̄rectiōz saluq;  
tue. et tex̄a tua suscepit me. Qz nec p̄res  
n̄ri in gladio suo possederit terram. et bra-  
chiū eoꝝ nō saluabit eos. Sz tex̄a tua et  
brachiū tuum et illuminatio vultus tui.

## Despū superbie

quoniā complacuisti in eis. Postremo vniuersa beneficia eius cum gratiarum actione mente sollicita plustrantes. super his omnibus quod vel pugnauim⁹. vel illuminationem sciēc⁹ vel disciplinam discretionis ab eo consecuti sumus. vel quod suis nos armis instruxit ⁊ virtutē cingulo cōmuniuit. vel qđ inimicorum nostrorū nobis p̄buit dorsum. ⁊ tribuit fortūtē cōminuendi eos ut puluerē a nāciez venti. intimo cordis affectu clamē ad eum. Diligam te domine virtus mea. dñs firmamentum meū ⁊ refugium meum et liberator me⁹. de⁹ me⁹ adiutor meus et sperabo in eum. protector meus et cor nū salutis me⁹ ⁊ susceptor meus. laudans inuocabo dominū ⁊ qđ inimicis meis saluus ero.

**C**on non solum in naturali conditione. sed etiam in quotidiana dispensatioe dei gratia muniamur.

Cap. xvij.

**D**On solum pro his ei gratias res ferentes quod vel rationabiles nos condidit. vel liberi arbitrij potestate donauit. vel baptismi largitus est gratiam. vel scientiam legis adiutorium qđ concessit. sed etia⁹ p̄bis quę erga nos quotidiana eius prudētia cōferunt. qđ sc̄ ab aduersariorū nos insidijs liberat. qđ cooperatur nobis ut carnis vitia supare possimus. qđ a periculō nos etiam ignorātes protegit. qđ a lapsu peccati communīt. qđ adiuuat nos ⁊ illuminat ut ip̄m adiutoriū n̄m qđ nō akđ qđam interpretari volūt qđ legem intelligere ⁊ agnoscere valeamus. qđ pro negligētis delictisqđ nostris eius inspiratio ne latenter compungimur. qđ dignatio ne ei⁹ visitati saluberrime castigamur. qđ ab eo nonnunqđ etia⁹ inuiti trahim⁊ ad salutem. postremo qđ ipsum liberum arbitrium nostrum qđ proclini⁹ fertur ad vitia ad meliorē dirigit frugem. et ad virtutum viam instigationis suę via stitione contorquet.

**C**on hec fides ab antiquis patri bus sit tradita de gratia dei

Cap. xix.

**H**ec est p̄pue erga teum humiliatas. h̄ec est antiquissimorū patrum sincera fides. quę penes successores eorum intemerata nunc usqđ perdurat. **C**ui fidei virtutes a apostolice quę se penumero p̄ eos manifestate sunt. non solum apud nos sed etiam apud infideles ⁊ incredulos indubitatū testimonium reddūt. Qui simplicem pisca torum fidem in corde simplici retinētes. non ea⁹ silogismis dialeticis ⁊ tulliana facundia spiritu concepere mundano. s̄ experimento vite sincere actuqđ purissimo correctione quoqđ vitiorum. et (ut verius dixerim) in ip̄a perfectionis inesse naturam oculatis indicij⁹ reprehendunt. sine qua nec pietas i⁹ deum. nec purgatio vitiorū. nec emendatio morū. nec virtutum consummatio potent apphēdi.

**C**eo qui ppter blasphemiam traditus est immundissimo spiritu.

Cap. xx.

**P**ri quendam te fratrum numero quez vtinā minime scisse. siquidem post h̄ec ordinis mei gradu se passus est pregrauari. qui p̄bātissimo cuidaz senum vitio carnis semet ip̄m grauissimo confessus est impugnari. nam contra vsum nature desiderio patiendi magis qđ inferendi ignominia intolerabili est libidinis vrebatur. tū illum ut spiritalem verumqđ medicū. interiorē causam morbi huins ⁊ origine protinus peruidisse. Qui grauiter suspirans. nequaqđ ait tam neqđ spiritui tradi te domin⁹ p̄misisset. nisi aliquid blasphemasse in eum. Quo ille comperto confessum procidit ad pedes eius in terram. summaqđ admiratione percussus. tanqđ a deo cernens archana sui pectoris patefacta. confessus est in tei se filiuz cogitatione ipsa blasphemasse. **T**ū p̄spicuum est eū qui superbie spū possidet. vel qđ i⁹ deū blasphem⁹ existit. et qđ q̄ irroget

## Liber XII.

illi iniuriam a quo puritatis speranda sunt dona pfectio*n*is integrat*e* pr*ima* et sanctificationem castumonie n*on* mereri.

**E**xemplū iōas regis inde quo ostenditur quid propter superbiā meruerit

Cap. xxi.

**I** Egimus tale aliquid in paralipomenon lib*o*. Iōas enī rex iuda septē anno*r* ab iōiada p*ro*fice ascitus in regnum. atq*e* in omnib*us* quoadiūp*re* memoratus p*ro*t*er* testimo*n*io scripture laudatus est. De quo post obitū iōiade audi quid scripture commemorat. et quemadmodum elatus superbia ignominiose fuerit traditus passioni. Postq*e* aut̄ obiit iōiada. ingressi sunt p*ri*ncipes iuda. et adorauerunt rege*s*. Qui delinitus obsequijs eorum acquieuit. et dereliquerunt templū d*omi*ni dei patrum suorū. seruieruntq*e* lucis et sculptilib*us*. et facta est ira magna c*ontra* iudā et bierusalem p*ro*p*ter* h*ab* peccatum. Et post paucā. Cunq*e* enolutus esset annus ascendit contra eum exercitus syrie. veitq*e* in iudam et bierusalem. et interfec*c*ūctos p*ri*ncipes populi. atq*e* vniūsam predā miserunt regi damascum. Et certe cū p*ro*m*ulg*icū venisset numerus syrorū. tradidit d*omi*n*is* in manib*us* eorū infinitam multitudinem. eo q*uod* dereliquerissent d*omi*n*is* deū patrum suorū. In iōas quoq*e* ignominiosa exercuere iudicia. et abeuentes dimiserunt eum in languoribus magnis. Vides q*uod* flagitosis ac sordidis passionibus tradi mereatur superbia. Qui enim elatus arrogantia ut deum se passus est adorari. traditur f*in* aplum in passiones ignominiae et in rep*re*b*us* sensum. ut patias ea q*uod* non cōuenit. Et q*uod* dicente scripture. immundus est ap*d* deū om̄is q*uod* exaltat cor suū. iste q*uod* tumida cordis elati*o*e inflat*e* est. turpissime c*on*fusione tradit*e* deludent*ur* deus. ut humiliat*e* taliter sentiret semetipsum esse vel immundicia carnis et c*on*scia impure passionis immunduz*q*o animi

sui nosuerat elatione sentire. et ut carnis ignominiosa contagio patesceret imūdicia cordis eius occultā quā superbie malo contraxerat. ac manifesta pollutio*n*e corporis sui. pbare*s* impurus. qui per elationem sp*iritu*s factum se non sentiebat immundum

**O**mnem aīam supbam subdi spiritualibus nequitijs illudendam.

Cap. xxiij.

**U**ib*us* manifeste pbatur oēm q*uod* animam q*uod* superbie fuerit tumor possessa. intellectualib*us* syris id est nequitijs spiritualib*us* tradi. eamq*e* passionibus carnis innolui. ut salte*v*i t*u*is humiliata terrenis. immundā se carnaliter pollutamq*e* cognoscat. que te pro remē*h* erecta immundam se in c*on*spectu dei p*ro* elationem cordis effectaz intelligere ante non potuit. quo vel sic humiliat*e* quis a p*ro*stino tempore discedat. et ignomina carnali*u* passioni*u* deictus atq*e* p*ro*fus. ad spiritale fernoz*e* deinceps semet ipsum ardentius conferrefessinet.

**P**fectio attigi nisi humiliatis virtute non possit. Cap. xxiij.

**A**vident*it* itaq*e* mōstrat*n*ō posse quēq*e* pfectio*n*is finem ac puritatis attingere nisi p*ro* humiliatem verā. quā p*ri*mitus fratrib*us* reddens deo q*uod* in penetrabilib*us* cordis exhibeat credens sine p*ro*tectione eius atq*e* auxilio p*ro* singula sibi momēta delato perfectio*s* quam cupit et ad quam magnope currit se penitus obtinere non posse

**Q**uos spiritualis supbia pulset quosq*e* carnalis. Cap. xxiij.

**A**cusq*e* de spiritali supbia q*uod* dixim*p*fectos quosq*e* nullari. quantū tenuitas ingenij n*ost*ri p*ro*ualnit donante deo dixisse sufficiat. Q*uod* supbie genus non multis cognitum nec expertū est. q*uod* nec plures studēt pfectam cordis apprehendere puritatē. ut ad hos p*ro*p*ter* g*od*us valeat p*ro*uenire. nec p*ro*cedentiū vitiorū quoq*e* in singul*l* libell*n*aturaz pariter remediaq*e* premisim*us*. p*ro*curat

## Despū superbie

Villa purgatio. Sed illos solummodo pulsare solet. q̄ tenacis superiorib⁹ vi-  
tis iam p̄modum sunt in virtutib⁹ cul-  
mine collocati. Quos q̄ lapsi carnali  
subtilissimus hostis supare non quinit.  
spirituali ruina deicere ac supplantare co-  
natur p̄ hanc illos vniuersis veterib⁹ sti-  
pendiorum meritis multo labore quesit  
spoliare contendens. Ceterū nos qui ad  
huc terrenis sumus passionib⁹ innoluti  
nequa q̄ hoc modo temptare dignatur.  
sed crassiore et vtita dixerim carnali ela-  
tiōe supplātat. Et idcirco de hac quoq;  
qua maxime nos seu nostrē mensurē ho-  
mines ac precipue iuniorū vel incipien-  
tium mentes picitari solent. necessariuz  
reor fin p̄missionem nr̄am pauca te-  
pro mere.

**D**escriptio carnalissuperbie  
vel que mala in monachi mete-  
parturiat.

**L**ap. xxv.

**D**icitur qua diximus carnal-  
superbia cum tepido ac male ar-  
repto renunciationis p̄ncipio i-  
monachi resederit mente. de pristino ac  
seculari eum timore ad veraz christi hu-  
militatem descendere nō p̄mittens. p̄mū  
inobedientē eum reddit et asperū. deinde  
mitē atq; assabilem esse non patitur.  
equalem q̄ fratrib⁹ fieri cōmunēq; non  
sinit nec fin dei ac saluatoris nr̄i māda-  
tum spoliari terrenis opib⁹ nudariq; cō-  
cedit. et cuz renūciatio nibil aliud sit. ni-  
si mortificationis et crucis indicium. nec  
valeat alij inclivari vel consurgere fun-  
damentū. q̄ ut se non solū actib⁹ huins  
mundi spirituali non erit interemptū.  
verum etiam corporalit̄ quotidie credit  
esse moritum. econtrario facit eum vi-  
tam sperare longenam. infirmitates pro-  
ponitei plixas et multas. confusionēq;  
incutit ac pudorem. si nudus effect⁹ alie-  
nis et nō p̄p̄s facultatibus cepit suste-  
nari. persuadet etiaz multo esse meli⁹ vi-  
ctum indumentumq; sibi sua potius q̄  
sliena substantia ministrari. scđ m illud

scilicet quod quemadmodū dictum sit  
tali habitudine ac tempore cordis obtusi. ne  
intelligere quidem aliquādo potuerunt.  
Beatus est magis dare q̄ accipere.

**O**nus fundatus quis ad de-  
teriorē statum quotidie pro-  
laba tur. **L**ap. xxvi.

**T**Aliig it diffidentia mentis ob-  
sessi. et a scintilla fidei qua visi  
fuerant in primordijs suę conu-  
sionis accensi. diabolica infidelitate re-  
uocati. incipiūt pecunias quas an disp-  
gere ceperant diligētius custodire. et eas  
velut qui semel p̄fligatas ulterius repa-  
rare non possint. auaricia vehementiore  
cōseruant. seu qđ est deterius ea q̄ prius  
abiecerant résūmētes. vel certe qđ est ter-  
tium ac tertiū nequit̄ genus que  
nec an quidem possederant congregan-  
tes. nibil ampli⁹ egressi e seculo q̄ nomē  
acquisisse tantummo ac vocabulū mōa-  
chi p̄pbāt. Hup̄ hęc igit̄ initia male vi-  
tioe q̄ fundata necesse est ut vniūla de-  
inceps vitiorū structura consurgat. nec  
quicq; supponi pessimis valeat fidame-  
nis. nisi qđ miserabilez aiām ruina lug-  
briore p̄lernat. **E**xpositio vitiorū  
q̄ p̄ morbū superbie generantur.

**T**Alio siqdem mēs. **L**ap. xxvii.

**T**passionibus obdurata. atq; a  
detestabili tempore incipiens. ne-  
cessit̄ est ut̄ deterius quotidie proficiat.  
et reliqua z q̄ vitam suam deformiore si-  
ne concludat. dumq; cupiditatibus pri-  
stini oblectatur. ac fin ap̄plum sacrilega  
philareria vincit. ita eodem p̄nūciāte  
deilla. et philareria q̄ est simulacrum  
fuitus. et iterū radix enī inquit omniū  
malorū est philareria. nunq; possit in  
corde suo humilitatem christi simplicem  
veramq; suscipere. cum vel de nobilita-  
tenatalium gloriatur. vel inflatur de se-  
culi quā corpore non mente deseruit di-  
gnitate. vel pecunijs q̄s ad ruinā sita retē-  
tat extollit. q̄ que iaz nō mōasterij ingū  
sustinere contentus est. non seniori vlli⁹  
institui disciplina. **Q**uisq; enim super-

## Liber XII.

biemorbo fuerit occupat⁹. nō solū nullā  
subiectionis aut obedientie regulam cu-  
stodire dignat. verum ne ipam auribus  
quidem suis doctrinam pfectiōis admit-  
tit. tantumq; concrescit in corde eius spi-  
ritalis ḥobi fastidiū. vt cu⁹ forte talis fue-  
rit oborta collatio. vno i⁹ loco stare nesci-  
at eius obtutus. sed hic illucq; stupid⁹  
circūferatur intuitus. alioſum ⁊ in obli-  
quum q; moris est oculi defigant. Pro-  
spiris enim salutaribus sputa de sic-  
co gutture contrabunt. excreationes eti-  
am sine vlla interpellatione flegmat. p-  
nocant. digiti ludunt ⁊ in modu⁹ quid-  
dam scribentis volitant atq; depingūt.  
et ita hic atq; illuc vniuersa membra  
corporis commouent. vt dum spiritalis  
agitatur collatio. totum se vel scatenti-  
bus ḥib⁹ vel acutissimis sudib⁹ cre-  
dat insidere. ⁊ quicqd simplex collatio  
ad edificationem ptulerit audientiū. ob-  
suā suggestione estmet esse prolatū.  
**L**otoq; tempore quo spiritalis vite ex-  
aminatio ventilatur suis suspicionib⁹ oc-  
cupatus. nō quid epinde ad prospectum  
suum capere tebeat auctoripat⁹. ſ; can-  
fas cur vnumquodq; sit dictū sollicita-  
mente perquirit. vel quid eis possit obij-  
cere tacita intra ſe cordis voluntatiē cō-  
iectat. vt nihil ex his que ſaluterie ſunt  
digesta penitus a pprehendere aut in ali-  
quo valeat emendan. Et ita fit vt nō ſo-  
lum in nullo ei proficiat collatio spirita-  
lis. verumetia⁹ dannosa magis exiftat.  
efficiaturq; cauſa maioris peccati. Dñi  
enim. p conscientia ſua totum contra ſe  
ſuspiciatur eſſe platum. vehementiore cor-  
dis obſtinacione duratur. ire q; ſtimul-  
acrius instigatur. Deinde post hec excela-  
sa vox. sermo rigidus. amara ⁊ turbulē-  
ta responſio. ictus erectus ac mobilis.  
lingua facilis. procax loquela. nec vncq;  
taciturnitat⁹ amica. niſi cum contra fra-  
trem rancore quēdā in ſuo corde pcepe-  
rit. fitq; ſilentium eius non cōpunctiōis  
nec humilitatis ullius. ſed ſupbie ⁊ indi-  
gnationis indiciū. ita vt quid in eo te-

teſtabili⁹ ſit hanc facile diſcernat. vtrū  
diſfusa illa petulansq; leticia. an dira ſ;  
virulentiaq; ſerietas. In illa nanq; ſimo  
non oportunus. riſus leuis ac fatuus. ef-  
frenata ac idiscipliata cordis elatio. in  
iſta vero ira plenum virulentiaq; ſilēnū.  
⁊ qđ ob hoc tñm concipitur. vt aduersus  
fratrem rancor taciturnitate ſernatus p-  
telari diuitius poſſit. non vt ex eo virtus  
humilitatis ac patientie p̄beat⁹. Et cū  
iſpetuore poſſellus facile cunctis tristi-  
ciis inſerat. atq; ad ſatisfactionem leſi  
fratris ſemetipſum ſubmittere dedigne-  
tur. etiam ab illo ſibimet oblatā reſpuit  
atq; contemnit. Etnon ſoluz nulla fra-  
tris ſatisfactione compungit. atq; molli-  
tur. verumetia⁹ cur ab eo ſit in humilita-  
te pientis grauius indignat. Fitq;  
ei ſalutaris humilitas ac ſatisfactione. que  
finē diabolicis intentionibus ſolet in-  
ferre. cauſa vehementioris incendi⁹.

**D**e fratris cuiusdam ſuperbia.

**L**ap. xxvii.

**F**idimi in hac dumitata regio  
ne. qđ horret pudetq; reuolue-  
re. quēdā iunio ⁊ cū a ſuo in-  
creparet abbate. cur humilitatē qua⁹ re-  
nuncians pmodico tempe retentaret. ce-  
piffet excedere. ac diabolica inflari ſuper-  
bia. ſumma ptumacia respondiffe. Quā-  
quid ob hoc memeti⁹ humiliaui. p tpe-  
vt ſp ſubditus ſim. Ad qđ eius tā eſſe  
natum ſcelestumq; responſum. ita eſt ſe-  
nior obſlupefactus. omisq; eius interce-  
ptus eſt ſermo. velut q; ab illo ipo antiq;  
lucifero ḥba hec. plata non ab hoīe pce-  
piffet. vt nullā vocem adiūſis tantā p̄-  
niā de ore ſuo proſuſis emittere niſi ge-  
mitus de corde tantūmodo ac ſpiria  
potuerit. illud ſolum tacitus intra ſe  
meti⁹ volvēs qđ de dño nro ſaluato-  
re dñi. qui cum in forma dei eſſet. humilia-  
uit ſe fact⁹ obedienti⁹. nō vt ille ait diabo-  
lico ſpū ac timore poſſellus. p tempe ſ;  
vſq; ad mortem. **I**ndicia qui-  
bus ſuperbia carnalis aime in  
eſſe cognoscitur. **L**ap. xxix.

## Despū superbie

**D**icitur ut bicevius ea quæ dicta sūt de hoc superbie genere perstrigamus. quædam signa ei⁹ in quaum possumus colligentes. ut his qui de perfectione sitiunt erundiri. quodammodo characteres ei⁹ de exterioris hominis motibus exprimamus. necessariū puto pandendem replicari. ut compedium agnoscamus quibus eā discernere ac dēphēdere valeam⁹ indicijs quo nudate atq; insufficiem pducte passionis huius radices et oculatim deprehense atq; pspecte. vel connelli facilius valcent vel vitari. Tunc enī poterit pester morib⁹ ad integrum declinari. cu⁹ contra ipius pnicios estus et impetus noxios non sera obseruantia cu⁹ iam dominant assumit. sed cu⁹ precedentes ei⁹ (ut ita dixerim) lineas agnoscētes. puda cum sagacijs discreione precurrumus. De exterioris nang⁹ sicut p̄diximus hois motu. interiori statu agnoscit. Hisigit indicij carnalis ista quā prefati sumus superbia declarat. Inest p̄mitus in loquela eius clamor. et taciturnitate amaritudo. excelsus et effusus in leticia risus. irrationabilis in serietate tristitia. in responsione rancor. facilitas in sermone. verba passim sine uila cordis grauitate erumpentia. Expers patietie est. charitatis aliena. audax ad p̄tumelias irrogandas. ad tolerandas pusillanimis. ad obediendum difficilis nisi in quo eam desiderium suu⁹ voluntasq; p̄uenient. ad recipiendam exhortationem implacabilis. ad resecandas voluntates suas infirma. ad succubendum alienis durissima. sp̄q; suas diffinitōes statuere contendens. ipsa vero nequaq; cedere alterius acquiescens. et ita sit ut etiā incapax cōsilij salubris effecta. i oī bus suo poti⁹ q̄ senior credat in dicio

**L**epefactus quis per superbias alijs quoq; p̄esse desideret.

**L**ap. xxx.

**G**ibis descelun⁹ gradibus is quez semel possidet duolunt iam ipam disciplinā cenobij p

borescit ac veluti qui fratum cōsortio de perfectione retrahatur. ac de bono patientie atq; humilitatis aliorum vitio et impedimento renocetur habitationē solitarie vite desiderat. seu certe velut plures alios lucraturus construere monasterium. et quos docere atq; instituere debet cōgregare festinat. ex discipulo neq; detestabilior magister effectus. Nam cum huiuscmodi elatione cordis in perniciosissimum tempore nostrum q̄ corrigere. et nec verus monachus nec secularis effectus sit. quod est tenebris etiam perfectionem sibi ex locipso miserabili statu et conuersatione p̄mittit.

**Q**uomodo superbiam vincere vel ad perfectionem peruenire possumus.

**L**ap. xxxi.

**S**umobrem si edificij nostri fastigia perfecta volumus ac placentia deo consurgere. funda menta eius non scdm nostrę libidinis voluntatez. sed scdm distinctionis eman gelicj disciplinam iacere festinem⁹. que alia esse non possunt q̄ timor dei atq; humilitas que de manu letudine et cordis simplicitate descendit. Humilitas vero nullatenus poterit absq; nuditate conquiri. Quia peregrinante. nec obediēt bonum. nec patienter obur. nec mansuetudinis tranquillitas. nec p̄summatio charitatis villaten⁹ poterit apprehendi. sine q̄bus cor nostrum habitaculum sp̄issanti penit⁹ esse n̄ poterit. ita p̄nūciate dño per prophetam. Super quæ requiescit spiritus meus. nisi super humilem et quietum et trementem verba mea. Hinc scdm exemplaria que hebraicam exprimunt veritatem. ad quem respiciam nisi ad pauperulum et contritum spiritu et trementem verba mea.

**Q**uomodo depopulatrici omnium virtutuz superbia per veram humilitatem possit extigi

**L**ap. xxxii.

## Liber XII. de spiritu superbie

**A**propter athleta christi qui spiritalē agonez legitime certans a domino desiderat corōnari. hanc quoq; ferocissimam bestiam ut deuoratricem cunctarū virtutū omnīmodis festinet extīguere. certus quod hac in suo pectore commorante non solū omnigenis virtūs carere non possit. verumetiam si quid virtutis habere videatur hui⁹ veneno depereat. Nullo enī modo poterit in anima nostra virtutūs structura consurgere. nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in nostro corde fundamenta. quę firmissime collata perfectionis et charitatis culmen valeant sustinere. ita scilicet ut quem admodum diximus primum fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu. in nullo scilicet acquiescentes eos contrastare vel ledere. Quod nullatenus poterimus implere. nisi abrenūciatio vera quę in expoliacione omniū facultatum ac nuditate consistit in nobis fuerit christi amore fundata. Deinde obedientię iugum et subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simulacrum suscepta. ita ut preter abbati mandatum nulla penitus voluntas vnuat in nobis. Quod non aliter obseruari poterit. nisi quis non solum se mortuūs huic mundo. verumetiam insipientem indica ueritac stultum. vniuersa quę sibi fuerit a seniorib⁹ iperata sine vlla discussione perficiens. sacrosancta ea credens ac divinitus pmulgata.

### Remedia aduersus morbum superbie.

**C**ap. xxxiiij.  
**T**ota consilientibus qualitate proculdubio stat⁹ ille humilitatis vere tranquillus atq; immobilis subsequetur. vt nosmetipos inferiores omnibus indicantes. vniuersa q; nob̄ fuerint irrogata. tā etsi iniuriosa sint tā q; a superiorib⁹ nr̄is illata patientissime tolerem⁹. Quę quidē a nobis nō so-

lum facillime tolerabuntur. verum etiā parua iudicabuntur ac nulla. si mēte iugiter recolamus v̄l domini nostri v̄l sanctorum omnium passiones. considerantes tanto leuioribus nos iniurijs attemptari. quanto longius a meritis eoz et conuersatione distamus. pariter etiā cogitātes in breui nos te hoc seculo mitigaturos. eorumq; nos celeri vite huius fine mox futuros esse confortes. Peremtoria nanq; est hec contemplatio non solū superbie. verumetiam generalit̄ omnium vitiorū. Deinde post hec hanc eadem humilitatem erga deum firmissime retentemus. Quod a nobis ita complebitur. vt nihil nosmetipos absq; illi⁹ opitulatione v̄l gratia quod ad virtutū cōsummationē pertinet. posse perficere cognoscamus. sed et hocipm quod intelligere meruimus eius esse muneris. i veritate credamus.

**E**xplícit de spiritu superbie liber duodecimus.